

Regina confessorum,
 Regina Virginum,
 Regina sanctorum omnium,
 Regina sine labe originali
 concepta,
 Regina Sacratissimi Rosarii
 Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, Parce nobis, Domine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata

mundi, Exaudi nos, Domine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata
 mundi, Miserere nobis.
 Christe, audi nos
 Christe, exaudi nos
 v. Ora pro nobis, sancta Dei
 genitrix.
 r. Ut digni efficiamur pro-
 missionibus Christi.

OREMUS

Defende, quæsumus, Domine, beatâ Mariâ semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiam, et toto corde tibi prostratam, ab hostiis propitiùs tuere clementer insidiis.

Deus, qui ineffabili providentiâ sanctos Angelos tuos ad nostram custodiam mittere dignaris : largire supplicibus tuis, et eorum semper protectione defendi et æternâ societate gaudere.

Sauctissimæ Genitricis tue sponsi, quæsumus, Domine, neritis adjuvemur, ut quod possilita nos non obtinet, ejus nobis intercessione donetur, qui vivis et regnas, etc.....Amen.

V. Oremus pro Pontifice nostro N...—R. Dmînus consôrvet eum et vivificit eum et beatuim faciat eum in terrâ, et non tradat eum in animam inimicorum eius.

Sancta Maria, succurre miseris, juva pusilliâmes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto fœmineo sexu : sentiant omnes tuum juvamen, quicumque celebrant tuam sanctam commemorationem.

V. Oremus pro benefactoribus nostris.—R. Retribuere dignare, Domine, omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Refugium pessatorum, ora pro nobis. Ave Maria. Salus infirmorum, id. Consolatrix afflictorum, id.